





V, 82.

2.417a





CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXX

---

VT  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
D O M I N I  
FRIDERICI. CHRISTIANI  
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. PRVSSIAE. DVCIS  
RELIQVA  
PATRIS. PATRIAE. CLEMENTISSIMI  
NATALEM. VNDESEXAGESIMVM

D. XVII. IVLII. CIDIÖCCLXVI. AVSPICATO. REDITVRVM

QVIBVS. COMMODVM. EST. IRE


IN. CVRIANVM

H. L. Q. C

SOLENNIVS. OBEVNDVM

CONCLAMARET

P. D. LONGOLIVS.



CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP





## PARS I.

## HERMVNDVRORVM TERRA AN AD ALBIM?

## Particula III.

## Index dictorum.

§. VIII. Vnde *milliarium*?§. XI. Quid *quadringsesimum*?

§. X. Hoc quatenam mensura?

## §. VIII.

**E**sse *milliarium* natura sua adiectiuum, vt grammaticorum filii loqui amant, satis euincunt inter alia *chuis* *milliarius*, 1.) *greges* *milliarii*, 2.) *ala* *milliaria*, 3.) *cohors* *milliaria*, 4.) *oleae* *milliariae*, 5.) *decuriae* *milliariae*, 6.) *porticus* *milliariae*, 7.) Iam vt in antiquis monumentis 8.) *vulgaris* et *vulgaris*, *singularis* et *singularis* subinde oecurrunt; ita aequae *milliare* et *milliarium* formari potuisset. 9.) Malum autem, antiquiores 10.) libros in vni-

CO,

1.) Varronis de R. R. Lib. III. Cap. I. n. 6.

2.) Eiusdem Lib. II. Cap. X. n. II.

3.) Plinii Epist. Lib. VII. Epist. XXXI.

n. 2. Hygini de Castrametatione a Schemio post alios emendati, quem consulat in Graeuiano Thef. Antiq. Rom. Tom. X. p. 1079. seq. et antiquae inscriptionis apud Gruterum in Thef. Inscript. p. CCCCLXXXII. n. 4.

4.) Vegetii de R. Milit. Lib. II. Cap. VI. et Alexandri ab Alexandro Genial. Dier. Lib. I. Cap. V.

5.) Plinii in Hist. Nat. Lib. XVII. Cap. XII.

6.) Varronis de L. L. Lib. VIII. Cap. XXXXVIII.

7.) Tranquilli in Neron. Cap. XXXI. vnde in Alexandri ab Alexandro Genial. Dier. Lib. III. Cap. XXII. transit. Illud autem inuestigarunt Marcellus Donatus ad Aelium Lampridium in Gruteriana Face Art. Liberal. Tom. VI. p. 940. item Casaubonus et Salmasius ad Vopisci Aurelian. Cap. XXXXVIII. pr.

8.) Obseruante Vosio de Analog. Lib. II. Cap. XIII. p. 320.

9.) Quae pari pasu ambulant Funcio de Lectione Auct. Classic. Part. II. §. VII. p. 60. Gesneriano L. L. Thef. Tom. III. p. 283. eiusdemque, vt videtur, auctoritate Drummeliano Lex. Manual. Part. I. Sect. II. p. 315. Mi-



co, quem alii crepant, loco 11.) plane aliud 12.) quam *milliare* 13.) obferre. 14.) Illud vero nunc per vnum nunc per bina *L* fuisse exaratum, 15.) ne tirones quidem morabitur, qui norunt, 16.) ex *mille* natum esse *miles*.

## §. X.

Iam *mensuras viarum milliaria* dicebant. 1.) Ad has mensuras capiebant lapides, 2.) quibus inscriberent spatia. 3.)

R r 2

Ea

ror, Vosio illi Aristarcho nihil fabulose. Quid mirum, *milliare* et iam fuisse adhibitum Cluuerio in Antiq. Germ. Lib. II. Cap. VIII. Strauchio Disf. Acad. II. de Centum Lapid. Vrbic. §. 4. n. 3. Bergierio de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. X. n. 7.

10.) Testis est Victorius in Cic. ad Attic. Lib. VI. Epist. I. pr.

11.) Tullii ad Attic. Lib. VI. Epist. I. pr.

12.) *Terminalia* vel iam a Corradino fatis vindicata atque vel vt postliminio restituta. Vnde vero istorum origo, docuerit non tam Pl. R. Grenzius de Deo Termino, quam potius ICtus Praefatissimus Lauthnius de Ara et Numo Dei Termini.

13.) Merito suspectum Noltenio in Lex. L. L. Antibarbaro Part. III. Sect. I. p. 616. qui dubius haeret, an Cicero eo vsus sit, quem vt et alios vetustiores illius aequales, ait, pro eo *M. P.* hoc est, *mille passus* scripserit aut *milia passuum*. Immo vero Tullium non abhorruisse a *milliario*, arguet n. 2. §. VIII. supra.

14.) Et tamen nescio, qui fiat, vt

*milliare* tamquam probum obferat ad vnum fere quisque,

quem penes arbitrium est, et ius, et norma loquendi.

15.) Quis autem non nouerit vel ex Perizonio ad Sanctii Mineru. Lib. III. Cap. XVI. n. XI.

16.) Cui dudum prospexerunt Pierius Valerianus Castigat. in Virgil. Georg. Lib. III. vs. 473. et Aen. Lib. VIII. vs. 132. Cellarius de Orthogr. Latin. v. *Mille* p. 106. Becmannus Orig. Lat. Ling. p. 690. Broukhufius ad Propertii Lib. I. Eleg. V. vs. 1. et omnium potissimum Cannegieterus ad Auiani Fabul. X. vs. 9. p. 76. seq. Nec vitium erit cum vno *L*, si cum Walkio in Indice Linguam Teutonum Priscam ex Oriente petendam p. 162. siue ex Chaldaea, siue ex Syria, siue ex Arabia vocem *Milliare* petas.

§. X. 1.) Ait Isidorus in Orig. Lib. XV. Cap. XVI.

2.) Ex obseruatione Brissonii de V. S. Lib. X. v. *Lapis*, Liplii de Magnit. Rom. Lib. III. Cap. X. Strauchii n. 6. Funccii de Lect. Auctor. Clasf. Part. II. §. VII. p. 60.

3.) Vt vtat verbis Quinctiliani Instit. Orator. Lib. III. Cap. V. p. 266. ex quo



Ea per numeros significabant, 4.) quibus adhaerebat plerumque *M. P.* 5.) id est, *mille passus*, 6.) siue tantum *M.* 7.) id est, *mille*, 8.) quo ad *passus* respici, cui viatorum non fuerit abunde notum? Hinc vulgi in ore *milliarium*, 9.) quod iam in vniuersum omne, in quo numerus *mille* locum habet, quale velint 10.) illa *milliaria* in instrumento balneatorio, u.) In praefenti autem *milliaria* 12.) siue *μίλια* 13.) *καλοῦσιν Ῥωμαίοι τὰ μίλια*

hauserit Colomesio indice Rutilius Itiner. Lib. II. vs. 7. et 8.

Intervalla viarum *passus* praestare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis.

4.) Eos numeros solum indicasse contentus fuit, qui pinxit terrarum situs in Peutingeriana vel potius Theodosiana Tabula, ita tamen, ut ii tot millia respuerent, atque adeo *M. P.* plane exfulauerint. Tot autem *millia passus* indicare voluisse, subinde ipsa Tabula prodit, cuius index Gen. de Scheyb in Dissertat. de Tabul. Peutinger. Cap. V. p. 50. et iam ante Bergierius de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. X. n. 7. Ceterum huic tabulae maiorem fidem habet quam Antonini Itinerario, ut circumfertur, Generosissimus de Limbrun in Anal. Acad. Scient. Boic. Tom. II. Part. I. p. 129. seq. Plura de ea feci verba in Notif. Hermunduror. Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. VI.

5.) Haec numeris adposita videas in Itinerario Antoniniano.

6.) Id istis *M. P.* indicari, est optimus isque priscus interpres, ne Hieronymum in Joelis Cap. III. Sect. 18. aduocem, Tabula paullo ante n. 4. prolata, ut fidem habeas Bergierio n. 8. Hic autem n. 9. se se ita gessit, ut Wesfelingio ad Antonin. Itinerar. p. 5. non subscripserit vix

putanti, Romanos itinera ita dimetiri potuisse, ut inter vrbes milliarium ratio semper conueniret, neque centeni passus aut deficerent aut excederent, vnde haud paucis libris per *millia plus minus* expressum illud *M. P.* ut centenos passus, qui spreti sunt, indicarent.

7.) Quod solum conspicitur in Itinerario Burdigalensi siue Hierosolymitano isto egregie illustrato Wesfelingii opera.

8.) Id enim velle, ibi p. 551. bis per MIL. fuit proditum.

9.) Quod facile coniectu fuit Beemanno de Orig. L. I. p. 691. et Oleario de Stilo N. T. Sect. Didact. Membr. III. Aph. VIII. §. I. in Rhenferdii Syntagm. N. T. p. 99.

10.) Alexandro ab Alexandro in Genial. Dier. Lib. III. Cap. XXII. Vosio ad Catull. p. 318. cui adpupulatus est Schuldingius ad Paullum.

11.) Pauli in Sentent. Recept. Lib. III. Tit. VI. §. 65. Conferas Alexandrum ab Alexandro citatum, quaeque ibi suggestit Tiraquellus de *vasis milliariis et apris milliariis*. De his autem Marellus Donatus ad Ael. Lamprid. in Gruteri Fac. Art. Liberal. Tom. VI. p. 940.

12.) Supra §. VIII. n. 2. probata.

13.) Quod nomen iam in eodem §. n. 3. plures praebere, fuerint autem



χιλία βήματα, τοσούτοις β'μασι συμμετρούμενοι τὸ σημεῖον. 14.) Nam σημεῖον 15.) τοῦ μέτρου τῆς ὁδοῦ 16.) erat lapis, 17.) quippe qui inscriptis spatii notatus 18.) viatorum causa positus *cursorius* 19.) adpellabatur, atque in Romanis viis toties positus, quoties *mille passus* erant emensi, 20.) isque *milliarius*, 21.) adeo vt hoc et *lapis* pro eodem dicerentur, 22.) quia *viam docebant* milliaria

R r 3

illud origo illius *Vintimili*, quod in Antonini Itiner. p. 503. et *Βιντιμιλίον*, quoties enim non *V* in *B* degeneravit, id vero multis docui in Notit. Hermund. Lib. I. C. I. Sect. I. n. 6. quod in Concil. Constantinop. III. Concil. G. L. Tom. XVI. p. 149. adferuatum fuit. Saltem Ra-uennas geographus Lib. V. Cap. II. exhibet *Ad Vintimilio*, et libri MSSi illius Itinerarii *Viginti milia*, atque Lotharius I. in Constitut. quae Tom. I. Part. II. Script. Ital. p. 153. inserta est, *Vigintimilio*. Num forte a lapide, cui *XX. M. P.* inscriptum, hausit oppidum, quod ad eum condebatur nomen? Inde enim breuitatis studio illud *Vintimilium* corruptum vel adhuc in *Vintimiglia* Genuensium vrbe in finibus Francogaliae conseruatum. Forte ex ignorantia horum natalium ortum est Strabonis *Γεωργα Φ.* Lib. III. p. 309. et Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. V. *Albium Intemelium*, quorum prius ex vicinia *Alpium* fixerunt, cum sine eo *Tacitus* in Hist. Lib. II. Cap. XIII. hoc dedit. Inde contractio eiusdem in Antonini Itinere alio p. 296. *Albintimilio*, Tabulae Peutingerianae Tab. II. *Albintimilio* et Sponii in Miscell. p. 155. *Albintimili*. De hoc Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. VIII. Sect. I. §. L. Surita et Wesfelingius ad istud Itinerarium.

14.) Vt Eutropii Metaphrastis Pacanii Lib. I. Cap. III. n. 1. verbis exprimam.

15.) Quo expressit ille Pacanius fere omnibus locis, quae n. 2. §. VIII. in Eutropio monstrauit digito, huius *milliarium*. Nec aliter Herodianus 1509. Lib. II. Cap. XIII. n. 18. Consule Cellarium in Notit. Orb. Antiq. Lib. I. Cap. XII. §. X.

16.) Quae integra hausi ex Plutarcho in Graccho p. 838.

17.) Sequor Ottonem de Tutel. Viar. Publicar. Part. II. Cap. III. p. 362. cui longe ante praeciuit Strauchius de Centum Lapid. Urbic. §. 4. n. 6.

18.) Quod iam paullo ante n. 3. memorauit.

19.) Apud Boethium Geometr. Lib. III. quem antestatus est Brissonius in Select. ex Iur. Ciu. Antiq. Lib. III. Cap. VIII.

20.) Ceu liquido adparet ex Plutarcho antea n. 16. euocato. Pluribus disseruerunt Brissonius Sel. Iur. Ciu. Antiq. Lib. III. Cap. VIII. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. I. Cap. XII. §. VIII. Bergierius de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. X. n. 7. Conferas Gen. de Beust. de Post. Regal. P. I. Sect. VI. p. 428.

21.) Quod iam monuerunt Brissonius in Sel. Antiq. Lib. III. Cap. VIII. et Strauchius §. 4. n. 3.

22.) Id docentibus Brissonio in Select.



milliaria lapidea *litteris plena*. 23.) Hinc vnus 24.) *milliarium* alterius 25.) *lapis*, atque 26.) quot *lapides*, tot *milliaria*, 27.) quo vtentes respiciebant 28.) ad *marmor*, 29.) cui inscribi omnium optime poterat, *saxumue*, 30.) quo auulsum istud viarum signum. 31.) Quibus adhibebatur *milliarius*, 32.) eorum menti obuersabatur 33.) *lapis*, 34.) quem et iam Gallorum 35.)  
*Leuga*,

Lib. III. Cap. VIII. Surita in Praef. ad Antonin. Itiner. a. C. Wesfelingio edit. p. 748. Brummero ad Leg. Cinc. Cap. XIII. §. 10. p. 218. Strauchio §. 4. n. 6. Inuabit quoque isse consultum Cellarium in Notit. Orb. Antiq. Lib. I. Cap. XII. §. XI. et Bergierum Sect. XI. n. 5.

23.) Verba sunt, quae excerpit ex vetusto Canonum Poenentialium libro Brissonius.

24.) Velleii in Histor. Roman. Lib. II. Cap. XXVII. n. 2. ac l. 42. D. de excusat. tutor.

25.) Flori in Epit. Rer. Rom. Lib. II. Cap. VI. n. 44. quem componas cum Liiio Hist. Roman. Lib. XXVI. Cap. X. n. 3. l. 21. §. 3. D. de excusat. tutor. §. 16. Inst. de eadem. l. 2. C. Theod. de in integr. restit. et l. 26. eod. Cod. de haeret.

26.) Ex iudicio Gothofredi ad l. 1. §. 4. de Offic. Praef. Vrbi et l. 21. §. 3. D. de excusat. tutor. Cluuerii in Germ. Antiq. Lib. II. Cap. VIII. Strauchii in Disf. Acad. II. de Centum Lapidibus Vibicariis §. 4. n. 6. Ottonis de Tutel. Viar. Part. II. Cap. III. p. 362. Huc facit Kemmerichius de Iure Statuarum Mercurialium Wittebergae 1723. edito.

27.) Quod sole meridiano clarius ex

l. 1. §. 4. D. de Offic. Praef. Vrbi, qua Vlpianus pronunciat: *Si quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad praefectum urbi pertinet: si ultra ipsum lapidem, egressum est praefecti urbi notionem.*

28.) Ex sententia Ottonis de Tutel. Viar. Part. II. Cap. III. p. 362.

29.) Vnde Martialis Lib. VIII. Epigr. LXV. vs. 4.

Octauum *domina* marmor *ab urbe legit*. Vbi videas interpretes.

30.) Ex arbitrio Cortii ad Plin. Epist. Lib. VII. Epist. XXXI. n. 2.

31.) Ad quam rationem Lucani Pharsal. Lib. VIII. vs. 855.

- - - *tumuli venerabile saxum.*

Plura ex Vitruuio de Architect. Lib. II. Cap. VII. Bergierius Comm. de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. II. Sect. III. §. 7. ibique Henninius dederint.

32.) Quo referas illos *milliarios* in veteri marmore descripto in Gruteri Inscript. p. CL. n. 7. vnde in Bergierii de Publicis et Militaribus Imperii Romani Viis Lib. III. Cap. XXXX. item in Brissonii Select. I. C. Antiq. Lib. III. Cap. VIII. ni cum Pontani libro ex iudicio illorum Duumvirorum Gruteri et Bergieri malis *milliaria*.

33.) Ita et censente Cortio.

34.) Nam LAPIS MILLIAR. in Rinesii Syntagm. Inscript. p. 295. n. LXXX. et LA. MILL. in marmore a Gracuo



*Leuga*, 36.) *Lega*, 37.) *Leuca*, 38.) *Leuua*, 39.) vnde Francogallicum *Lieve*, 40.) indicat ex Britannorum et Anglofaxonum 41.) *lead* vel *leach*, siue priscorum Germanorum 42.) *leuf* 43.) aut *leope*.

in Praef. Thes. Antiq. Roman. Tom. X. praefixa edito, immo MILLIARES LAPIDES RESTITVTI in Velferi Praefat. Fragm. Tabul. Antiq. Opp. p. 714. seq. et Bergierii Lib. III. Sect. XXXVIII. Vide tamen quoque Henninium ad haec.

35.) Quibus tribuunt Hesychius sub *Λεβγη*, Iornandes de Reb. Get. Cap. XXXVI. Ammianus Marcellinus Rer. Gest. Lib. XV. Cap. XXVIII. Warnefridus ad Eutropium adiecto Lib. XV. Acta Martyrii B. Genouefae nominati a Eristonio in Select. Antiq. Lib. III. Cap. VIII. Bergierio de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. XII. n. 2. et Sect. XXXVII. item Sect. XXXII. §. 4. Surita in Praef. ad Anton. Itiner. edente C. Wesfelingio p. 748. seq. Valesio et Lindenbrogio ad Ammianum, Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. I. Cap. XII. §. XII. Spelmanno in Glosar. atque Carolo du Fresne in Gl. Med. et Infim. Latin. v. *Leuca* et *Leuga*, item Gen. de Beuff. de Post. Reg. Part. I. Sect. VI. p. 428. seq.

36.) Apud modo nominatos atque in Hist. Acad. Inscript. Tom. II. p. 379. vt et in Velferi Comment. ad Pasf. S. Hilariae cet. n. 64. ut eius Opp. p. 496. item Leg. Baiwar. Tit. I. Cap. XIII. §. 4. Gilone Parisiens. Lib. III. et aliis apud Fresneum.

37.) Per *Leg*. indicata. Testatur autem Vossius de Vitiis Sermonis p. 474. in vsu adhuc esse Italis *Legam*, Hispanis *Leguam*. \* Confulas Wesfelingium ad Antonin. Itiner. Nec isto scribendi com-

pendio *Legionem* esse intelligendam, docuit iam Bergierius Lib. III. Sect. XXXVII. seq.

38.) Quod vsurparunt supra n. 35. nominatis indicibus Hieronymus in Ioeelis Cap. III. Sect. 18. Isidorus in Orig. Lib. XV. Cap. XVI. Flodoardus in Hist. Rhem. Lib. I. Cap. I. Ingulphus Saxo p. 910. Brocardus Monachus de Terra Sancta Cap. I. Vita S. Remacli Cap. XX.

39.) Veteris Agrimenforis, Bedae de Numer. Diuisione, Nithardi de Disfidio Liberatorum Ludouici Pii Lib. II. p. 450. et 460. lib. III. p. 464. et 469. lib. III. p. 470. apud Barthium in Aduersar. lib. xxxvi. Cap. VIII. et ad Rutillii Itiner. lib. vs. 8. atque Fresneum.

40.) Ex indicio Leibnitii in Collect. Etymol. Part. I. p. 131. atque Gen. de Beuff. de Post. Regal. Part. I. Sect. VI. p. 428.

41.) Praeter Vossium item Barthium et Spelmannum ab Ottone de Tutel. Viar. Part. II. Cap. III. p. 364. adpellatos Camdenum de Britann. a Bergierio lib. III. Sect. XXXII. §. 4. laudatum confulas.

42.) Quod idem Otto ex Aelfrici Glosfario probauit.

43.) Vt nec ad Graecorum *λευκόν*, quasi locorum interualla *lapidibus candidis* designarentur, cum Peronio de Ling. Gall. neque cum Bocharto in Canaan. lib. I. Cap. XXXII. Sect. VII. ad Phoenicum *לֵאָה קִנִּי* sit confugiendum, quod iam monuit Otto.



leope. 44.) *Milliarii* autem et *meilia*, 45.) nec tamen disimulo, alios 46.) habere *miliarios* et *milia*, me pene eo deducere, ut suspicer, dedisse nostratibus *meile*. Gallofrancorum sane *milliarii* eosdem natales quis non agnoscit? Vnde maiorum *milla*. 47.) Res ipsa non Germanorum sed Romanorum, neque *mille passuum* spatio nostris absolvitur. 48.) Istam vero dimetiendi rationem Romanis non solum per Italiam, sed et per Germaniae fines trans Rhenum et Danubium illos Romani imperii limites 49.) fuisse institutam, loquuntur lapides quidam ex illo aevo superstites, 50.) loquuntur Itineraria 51.) et Tabula vetusta, 52.) loquuntur reliquiae viarum Romanarum militarium 53.) subinde detectae, 54.)

## §. XI.

In praesenti lite dirimenda silent isti finium regundorum iudices, qui hic se se viros praestare deberent, geographorum disensiones componendo, et inextricabiles historicorum nodos soluendo. Quis autem non intelligit, tempus requiri haud exiguum, dum via talis sternatur atque muniatur? Cesare igitur eam, ubi istis aduenis non licuit diu commorari, quilibet habet persuasum. Qui ergo incurfione subita atque inopinata contin-

44.) In Glosario Aelfrici v. *Milliarium*, quod Fresneus testatur.

45.) Illius vetusti marmoris supra n. 32. in medium positi.

46.) Ibidem.

47.) In Gl. Monf. p. 394. Schilteriani Glosarii Tom. III. eiusdem Thes. Antiq. Teuton. p. 588.

48.) Quae urget Wachterus in Glosfar. German. v. *Meile*. Tom. II. p. 1061. seq.

49.) Quos posui supra Cap. III. Sect. I. Int. I. Part. I. P. III. §. II. et III.

50.) Quales nuper ruinas ad eius modi antiquitatis monumenta aliis suorum adentior Doctissimus Popovius in Recensione Schwarzianae Disputationis

de Columnis Herculis Obseruat. III. ad Sect. V. cuius frons Animaduersiones de Mare, p. 24. detexit.

51.) Quale supra n. 4. oculis lectoris subieci.

52.) Talem vero n. 3.

53.) De quibus Stegerus in Disf. de Viis Militaribus Romanorum in veteri Germania, quam Wegelinus in Thes. Rer. Suev. Vol. I. p. 396. seqq. denuo describi curavit.

54.) Vel nuperrime ab Gen. Dominico de Limbrun atque egregie illustratae in Analectorum nostrae Illustris Academiae Scientiarum Electoralis Boicae Tom. II. Part. I. p. 93. seqq.



contingeret, vt *milliaria* ponerentur? Iam *numquam antea spe conceptum, ne tum opere tentatum, ad Albim Romanorum exercitum perducere.* 1.) Istud sane, quod *Rhenum* et *Albim* interiacet, interuallum peritus metator cum iusta decempeda numquam deprehenderit, *quadragesimum* 2.) *milliarium* non excedere. Cum enim *quadraginta milliaria* non plus quam *quadraginta millia pasuum* efficiunt; tot ne quidem a *Rheno* ad *Albim*, qua sibi proximi, perueniret recta *Hercules*, cuius planta aliorum hominum longior. 3.) A *Rheno* tamen ad ipsum vsque *Albis* fontem 4.) ccc haud amplius fuerint millia pasuum, vt adeo, qua *HERMVNDVROS* a *Semmonibus* dirimit *Albis*, 5.) maximum inter eum ac *Rhenum* interuallum sit millium pasuum haud amplius *ccxxx*. vbi *clx*. millibus plus iusto fuerit additum. 6.) Ista vero computatio locum non habet in *milliariis*, quae in nostra *Germania* iam quidem vsu veniunt. 7.) Scito, 8.) pasuum pedes habere quinque, 9.) atque adeo istud *milliarium* Romanorum, Romanus enim 10.) illum calculum posuit, effici quinque millibus pedum. 11.) Neque tot integra *milliaria* voluisse historicum

S s

intelligi

1.) Ipse iam fasus fuit *Velleius Lib. II. Cap. CVI. n. 2.*

2.) Quod primum ab *Aldo* olim vulgato *quadragesimum* praetulit *Albinus* in *Chron. Terr. Misn. Tit. III. p. 42.*

3.) Si fides *Gellio* in *Noct. Att. Lib. I. Cap. I.*

4.) De quo paullo ante §. V.

5.) Cuius causa repete supra *Sect. I. Interf. I. Part. III. §. III. prolata.*

6.) Vt existimat *Cluuerius* in *German. Antiq. Lib. III. Cap. XVIII. cum quo fecerunt Schookius Hist. March. Antiq. Lib. I. §. XII. in Script. Rer. Brandenburg. Tom. I. Part. I. p. 47. et Schildius de Caucis Lib. II. Cap. VI. p. 158. seq.*

7.) Quae nesciuit aut non animaduertit *Spangenbergius* in *Chron. Mansfeld. Cap. XXVIII. ad verbum reddens germanice ista Velleiana, quae paullo ante*

transcripsi. Eorum enim fides tum plane vacillaret. Rectius igitur *Matcoius* in *Hist. Teuton. Lib. III. Cap. XXIII. de Romanis interpretatus est.*

8.) Ex *Columella* de *R. R. Lib. V. Cap. I. n. 5.* et *Frontino* de *Agror. Qualitat. in Exposit. Formar. in Auctor. R. Agrar. p. 30.* Ad hanc normam computauit *Plinius* in *Hist. Nat. Lib. II. Cap. XXIII. Vide quoque Alexandrum ab Alexandro Genial. Dier. Lib. II. Cap. XX. Conferas, licet, Eifenschmidium de Ponder. et Mensur. Rom. Graec. Hebr. Sect. III. Cap. II. p. 106. seq.*

9.) Cuius rationem reddiderunt *Bergierius* de *Publ. et Militar. Imp. R. Viis Lib. III. Cap. X. n. 5.* et *Henninius* ad eundem.

10.) In principio §. VII.

11.) Quam mensuram iam proposuit



intelligi, fatis arguunt eius *ad quadringentesimum milliarium*. Adhibetur enim *ad ad numerum, qui non satis finire potest, laxè indicandum, 12.) vt circiter, 13.)* Igitur XXV. milliaria non facient disfidium inter eum et haec: 14.) *Διέχει τὸ Ἄλεις ὁ Ἴηρος περὶ τρισηλίουσ σαδίουσ, εἴ τις εὐθυπορούσας, ἔχει τὰσ ὁδοὺσ· νοτὶ δὲ διὰ σκολιάσ καὶ ἐλάδοσ, καὶ δρυμῶν, κυκλοπορεῖν ἀνάγκη.* Nam illud *περὶ* hac verborum constructione nil aliud quam *circiter* 15.) indicat. Distet enim *Albis a Rheno* haud amplius CLXXX pasuum millibus; 16.) tamen 17.) *διὰ σκολιάσ καὶ ἐλάδοσ καὶ δρυμῶν κυκλοπορεῖν ἀνάγκη.* Quanto minus ergo per illam Germaniam *priscam aut siluis horridam aut paludibus foedam* 18.) datum sit, exercitum *recta et compendiarie* via ducere, 19.) quod ne iam quidem dabitur, ex quo conuulserunt viridem siluam ab humo. Pone enim cum *priscorum* potioribus, 20.) stadium efficere centum viginti quinque pasus, 21.) hoc est, quia plerisque 22.) quinque pedes sunt vnus pasus, 23.) pedes sexcentos viginti quinque, 24.) atque etiam suffra-

Vitruuius de Architect. Lib. X. Cap. XIII. Ea vero efficit 1000CLXV. perticas siue decempedas, quibus Parisini metantur, quod demonstrauit supra laudatus Gen. de Limbrun p. 130. seqq.

12.) Vt in Gesneri Thef. L.L. Tom. I. p. 86. typis describendum fuerat.

13.) Sic ipse Velleius Lib. II. Cap. XXXXIII. n. 4. scribit: Circiter XX. *millia ciuium*, quae Suetonius in Caes. Cap. XX. ad XX. *millibus ciuium* expressit.

14.) Strabonis ΓεωγραΦ. Lib. VII. p. 448.

15.) Quod iam Rhenius Grammat. Gr. maiori Syntax. p. 516. docuerit.

16.) Vt Chuerius in Antiq. German. Lib. III. Cap. XVIII. computauit.

17.) Ex indicio paullo ante laudati geographi.

18.) Si audis Cornelium in Germania Cap. V. n. 1.

19.) Vt mouerunt iam Velferus in

Praefat. ad Fragmenta Tabulae Antiquae Itinerariae in Operibus p. 715. Chuerius in Antiq. German. Lib. III. Cap. XVIII. Gen. de Iustis in Comment. de Exped. Rom. in German. §. XXXV. seqq.

20.) Plinio in Hist. Nat. Lib. II. Cap. XXIII. Columellae de R. R. Lib. V. Cap. I. n. 6. aliis.

21.) Alii enim longius alii breuius faciunt stadium, qui tamen non adeo a se in vicem diuertunt, quin media via incedamus tutissime cum Lipsio ad Hispanos Epist. LVIII. p. 264. seq. Bergierio de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. XI. §. 8. seqq. Conferas Stegerum de Viis Militar. Rom. in Vet. German. §. X. n. 4.

22.) Quos coegi paullo ante n. 7.

23.) Ex calculo Plinii Hist. Nat. Lib. II. Cap. XXXI. Columellae de R. R. Lib. V.



fuffragantibus plurimis 25.) octo stadia 26.) vnum milliarium siue mille passus; 27.) erunt tria millia stadia passuum millia CCCLXXV. 28.) Eo magis vero implebuntur *quadringenta milliaria*, 29.) quo longius progrediaro aduerso flumine fontem atque caput *Albis* versus. Ita in ista Romanorum expeditione Romanus cum signis perductus fuerit in eam fluminis regionem, quam *Dresda* ornat, 30.) immo inde ad secundum lapidem ulterius, qua oppidum *Pirna* post ea fuit condita, 31.) Hic cum fere imae radices iugi montium Sude- torum, 32.) quos Romanum escendisse vix crediderim vt pote fines bene munitos Marcomannorum; 33.) tetegerimus tractum, quem HERMVNDVRI tenuerunt inde vsque ad *Salae* ostium. 34.) Si neutrum istorum omnium fecerit satis, dicendum, breuiora mili- laria antiquitus fuisse. 35.) Res autem se aeque habet ac cum illa

Impe-

Cap. I. n. 6. Censorini de Die Natali  
Cap. XIII.

24.) Herculis enim stadium tantum pedes sexcentos longum, quia corpo- re excellentior planta quoque longior atque gressus indice Aulo meo in Noct. Attic. Lib. I. Cap. I.

25.) Strabone in ΓεωγραΦ. Lib. IIII. p. 497. Columella de R. R. Lib. V. Cap. I. n. 6. Polybio ἴσορ. Lib. III. Cap. XXXVIII. Isidoro in Orig. Lib. XV. Cap. XVI. Libello variorum auctorum de Limitibus p. 298. Rigalt.

26.) Plutarchus quidem in Gracch. p. 838. scribit: Τὸ μίλιον ἰσπὼ σταδίων ὀλίγον ἀποθεῖν et Suidas in Σταδίων: Ἐπτα ἡμισυ σταδία ποιοῦσι μίλιον, quos cum illis conciliare operam nauarunt Bergierius de Publ. et Milit. I. R. Viis Lib. III. Sect. XI. n. 7. seqq. Strauchius de Cent. Lapid. Vrbic. §. 4. n. 3. Cellarius de Caes. adu. Ariou- sium Bellis §. XVIII. et in Notit. Orb. Antiq. Lib. I. Cap. XII. §. VI. seqq.

Eifenschmidius de Ponder. et Mensur. Vet. Rom. Graec. Hebr. Sect. III. Cap. III. p. 107. III. seq. et 113. III. Baiardi in Prodr. de Antiq. Herculani Part. II. p. 551. seq.

27.) Eius causa renoco lectorem ad n. II. seqq.

28.) Ex computo Clauerii. Ad calculum milliariorum Germanicorum stadia vocauit Dodwellus ad Arriani Indica.

29.) Supra §. VII. memorata.

30.) Cui illam expeditionem vindicare multo adparatu nisus est Gen. de Iusti de Exped. Rom. in German. in primis §. XXXVIII. a quo dissenit Dec- rius de Castellis Romanorum in Saxonia Superiore §. VI. nullis dissentiendi ratio- nibus redditus.

31.) Quo ista retulit de Waldenfels in Sel. Antiq. Lib. XII. Cap. XIII. p. 443.

32.) De quibus supra Cap. III. Sect. I. Interf. I. Part. I. §. III.

33.) De quibus ego quoque Cap. III. Sect. I. Interf. II. §. VI.

34.) De quo infra Intersect. II. §. XI.

35.) Quod exemplis euicit Ciofanus



Imperatoris Maximini expeditione in Germaniam Transrhenanam, qua is per CCC vel CCCC. millia barbarici soli vicos incendisse dicitur. 36.) Non enim dictum fuit, Maximinum penetrasse CCC. vel CCCC. millia, 37.) sed per totidem passus in Germania Transrhenana incendisse vicos. Tot autem passus potuit emetiri intra exiguum terrae spatium eundo redeundoque. 38.)

Tanti vero itineris, qui nobis cum tale fecerunt, taedium optime leauerint, si gymnasii Curiani sedilibus commodissimis vtantur pro lapidibus ad vias publicas Romanis positus, vt ibi viator fessus respiraret. Respirauerit ciuitas quando salubrius, quam vbi videt DOMINVM suum saluum atque fortem? Sed et in quo fessi a lassitudine libentius adquiescunt, quam comitum fabulis? Audient obportune, si nobis blandiamur,

IOANNEM ALBERTVM ARNOLDVM Tepabarutinum *Hobbesianum illud bellum omnium erga omnes ad tartara ablegantem carmine Teutonico.*

CHRISTOPHORVM FRIDERICVM SCHLEMMERVVM Wunsfeldensium *studia solidiora ad pacem omnium erga omnes commendantem Marci sui sermone.*


IOANNEM CHRISTIANVM DIETERICVM Neofanosaxonem *pacis inter se initis eam confirmari exemplo domestico docentem vernaculo.*

IOANNEM PAVLLVM MATTHAEVM PVRVKERVVM Leucopolitanum *religionem omnium validissime obstringere ostendentem Latino.*

IOANNEM GEORGIVM GODOFREDVM KIESLINGIVM Zoebernasaxonem *inde vota pro incolumitate diuturna PARENTIS patriae INDVLGENTISSIMI EIVSDEMque DOMVS AVGVSTAE petentem carmine Romano.*

Hosce ludos edentem, qui, quod plerosque omnes fugit, documentis coaeuis docebit, *Ser. Norimbergae Burggrauios aliquid per aliquot annos fuisse dominos Saxonum iam, tum Aduocatorum S. R. I. Plautiae eiusque, qua patet, prouinciae.*

ad Ouid. Trist. Lib. IIII. Eleg. X. vs. 4. 38.) Doctiss. Sattlerus in Hist. Wur- 36.) Capitolino in Maximino Cap. XI. temberg. Vniuersali Sect. II. §. XXV. 37.) Vt iis triginta vel quadraginta et Sect. III. §. XV. rem aliter adgre- substituere non opus fuerit Salmasio. fus est.





Der Anfang  
des angekündigten Geburtsfestes

wird  
bei einem  
erfreuten Wetstreite der Tonkunst  
also gemacht:

Duetto.

Erwünschter Tag! o angenehmste Stunden,  
Die unser Fürst vor dem zu erst erblickt!  
Da hast du, Hof, was du bisher gebeten.  
Du siehst nun Den ein neues Jahr anreten,  
Der dir zur Ruhe wacht, und deine Fluren schmückt.  
Erwünschter Tag, o angenehmste Stunden,  
Die unser Fürst vor dem zu erst erblickt!

Recitativ.

Da Titans holdes Licht die goldnen Stralen um dich züht,  
Und Duft und Nebel flüht,  
Und auch kein Reif bedeket,  
Noch Jupiter mit seinen Keilen schreket;

Exit



Trit ein Geburtsfest ein.

Ein **Friedrich Christian** sieht wiederum das Licht,  
Das Ihu uns gab. O weich ein heit'rer Schein,  
Der durch die Wolken bricht,  
Der dich heut jauchzend macht. Welch Gut ward dir durch Ihu  
geschenkt.

Dies ist, das unser Blut  
Entflamt von reinster Blut  
Zum Jehovah für dessen Wolfart lenket.  
Wer sollte wol zu solchem hellen Schein  
Noch schläfrich, las und unempfindlich sein?

**Arie.**

Auf, muntre Pierinnen,  
Berehrt der Lichter Licht  
Mit dankbarem Beginnen!  
Auf, Musen, säumt euch länger nicht!  
Neigt euch vor eures Pindus Sonne,  
Die euch zum Reiz erscheint.  
Wünscht Der viel Heil und Bonne,  
Die es mit euch so gnädig meint.  
Auf, muntre Pierinnen,  
Berehrt der Lichter Licht  
Mit dankbarem Beginnen!  
Auf, Musen, säumt euch länger nicht!

Nach



Nach abgelegten sechs Reden,  
welche die unterthänigste Ehrfurcht  
für den  
**theuersten Landesvater**  
veranlaßet,  
wird der Schluß also gemacht:

**Recitativ.**

So preisen wir das göttliche Geschick,  
Das unsern weisen Fürsten krönt.  
Was Wunder, daß die Luft von unsrer Freud ertönt?  
Die Fürsicht hält ihr Aug ganz unverwand auf unser langes Wol.  
Hat sie auch dieses Tages Pracht  
Zu Salathens verneutem Flor gemacht;  
So stütze sie Baireutens theures Haupt  
Mit jugendlicher Kraft. So wünschet unser Chor,  
Das ungezweifelt glaubt,  
Es werde Sein Gebet zu Seines Schutzgotts Ohren dringen.

**Arie.**



Arie.

Herr, erhalt uns unsre Krone,  
Daß Sie in viel Segen throne,  
Las Sie dir empfohlen sein.  
Las Gedeien und Vergnügen  
Sich zu Ihrer Bürde fügen;  
So trifft unsre Sehnsucht ein.  
Herr, erhalt uns unsre Krone,  
Daß Sie in viel Segen throne,  
Las Sie dir empfohlen sein.

Chor.

Es winkt uns der Höchste zu vestem Vertrauen,  
Den Phöbus Baireutens noch lange zu schauen.  
So wird die Salenstad und Albrechts Lorberhain  
Durch Friedrich Christian noch spate heiter sein.

Die Musik hiebei  
ist von dem Kantor

**Christian Ludwig Steinhart**

gewöhnlicher Massen dirigiret und aufgeföhret worden.



Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20











CVRIAM  
 REGNITIANAM  
 NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
 COGNOMINANDAM  
 DISSERIT. XXX

VT  
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI  
 D O M I N I  
**FRIDERICI. CHRISTIANI**  
 MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. PRVSSIAE. DVCIS  
 RELIQA  
 PATRIS. PATRIAE. CLEMENTISSIMI  
 NATALEM. VNDESEXAGESIMVM

D. XVII. IVLII. CIDIICCLXVI. AVSPICATO. REDITVRVM  
 QVIBVS. COMMODVM. EST. IRE  
 IN. CVRIANVM  
 H. L. Q. C  
 SOLLENNIVS. OBEVNDVM  
 CONCLAMARET  
**P. D. LONGOLIVS.**

CVRIAE. REGNITIANAE  
 LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
 GYMN. TYP

